Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0001-8

S6d

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0004-5

CALENDAS JANVARII
A. O. R. MDCCXXXIX

VIRO CLARISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO GOTTLOB KAENDLERO

A. M.

RECTORI ATQVE PRAESIDI SVO

OPTIME MERITO

FAVSTAS FELICESQVE ESSE CVPIT

AB IPSO

SANGERHVSAE INSTITVTVM

COLLEGIVM DISPVTATORIVM

LIPSIAE
LITERIS BREITKOPFIANIS.

HORATIVS L. IV. Od. VIII. v. 11.
Gaudes carminibus, carmina poſſumus
Donare.

Nunc eſt canendum, nunc bona plurima
Dicenda, Clio, uerba Viro graui,
Plaudente Phoebo, qui Bifrontis
Incolumis celebrat Calendas.

KAENDLERVS *ille eſt, nomen ut audias,*
Quamuis Camoenis Phoebus id indicat,
Vrbesque doctas incolentes
Non temere poterit latere.

Haec feſta pulchro non careat dies
Signo, ſecundis auſpiciis agit
Quam ſoſpes & laetus, Lycei
Grande decus columenque noſtri.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0006-6

Laetamur omnes, namque uales, uiges,
KAENDLERE, *nobis, commoda uidimus,*
Quae praeſtitiſti tot diebus,
Teſte uel inuidia, docendis.

Non omnis aetas ferre uiros ſolet,
Qui tot labores atque moleſtias,
Quae ſaepe doctores fatigant,
Suſtineant animo ualente:

Qui tot propagant rite ſcientias,
Quae jure uincunt Mygdonias opes
Gazasque, quas oſtentat ora
Veſtra ferax, Arabes beati.

Hinc ſurge, uotum ſolue Deo, ſalus
Vt firma noſtri perſtet Apollinis
Gratesque KAENDLERO, *Lyceam*
Dic age pro meritis decentes.

Aſt majus omni eſt, o! Schola, gratia,
Artes Mineruae tradere, quae poli
Ad uerticem ſummi Quirites
Cecropidasque tulere fama.

Conceptus abſint, ſed pudor & timor
Non usque ſanguis Regis Olympii
Aras inundat uictimarum,
Thure uel exiguo litamus.

Viuas uerendae gloria Palladis
KAENDLERE, *plures id cupiunt boni,*
Qui jure nobiſcum perenne
Conſtituunt pretium Camoenis.

Parcus Dearum cultor & infrequens
Si ſpernit artes, opprobriis grauis
Id negligas, Muſis amicum
Inuida uix rabies mouebit.

Attende uotis, Omnipotens, Scholae
Et Angelorum praeſidio domum
Firma Docentis, ſentiamus
Vota quid efficiant piorum.

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

R.40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0010-8

16

CALENDAS JANVARII

A. O. R. MDCCXXXIX

VIRO CLARISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO GOTTLOB KAENDLERO

A. M.

RECTORI ATQVE PRAESIDI SVO

OPTIME MERITO

FAVSTAS FELICESQVE ESSE CVPIT

AB IPSO

SANGERHVSAE INSTITVTVM

COLLEGIVM DISPVTATORIVM

LIPSIAE

LITERIS BREITKOPFIANIS.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308550-p0011-4